

EVROPA.

EVROPA unde hoc nomen acceperit, neque quis nominis auctor extiterit, ab aliquo mortalium compertum est, nisi quod dicimus ab Europa Tyria nomen accepisse Regionem, inquit Herodotus libro quarto. Hanc Plinius altricem victoris omnium gentium populi, terrarumque pulcherrimam nominat. Asia & Africa aliquando non magnitudine, sed virtute comparatam. Certum est, eam, cum habitatissima sit, gentium frequentia non multo alterutra inferiorem esse. Huius latus Septentrionalior & Occidentior, Oceano alluitur; Meridionale, mari Mediterraneo ab Africa seiungitur. Deinde Orientem versus mari Ægæo (nunc, Archipelago) Ponto Euxino, (hodie, mare Maggiore) Palude Meotide (hodie, mare delle Zabacche) & Isthmo, qui est à fontibus Tanais fluuij (vulgo Don) recta ad Septentrionem ab Asia dirimitur, Glareano teste. Habetque hoc modo Peninsulæ effigiem, vti ipsa in tabula videre licet. Huius caput Roma, olim totius Orbis domitrix.

Habet hæc nostra Europa, præter Romanum Imperium toto terrarum Orbe reuerendum, ultra viginti octo, si quatuordecim, quæ Damianus à Goes in sola Hispania numerat, adiunxeris, in vniuersum Regna, Christiana Religione imbuta: vnde huius Regionis dignitatem æstimare liceat.

Regio ultra modum fertilis, naturalem temperiem, cælumque satis clemens habens. Frugum omnigenum, vini, & arborum copia nullis posthabenda, sed optimis Regionibus comparanda est: adeo amœna, cultissimisque Urbibus, pagis, & vicis exornata, vt populorum, gentiumque virtute aliis terræ partibus, & si forma minor, tamen præstantior habetur, atque semper habitata fuit. Ab omnibus priscis Scriptoribus, cum ob Macedonum Imperium, tum ob Romanorum potentiam maximè celebrata. Eius laudes apud Strabonem videre licet, qui eam libro tertio, septemque sequentibus libris elegantissimè describit. Vide etiam ceteros veteres Geographos. Ex recentioribus eam inter cetera describere conati sunt, Volaterranus, Seb. Munsterus, Dominicus Niger, Georgius Rithaymerus, in suis Geographiis. Sed peculiariter eam descripserunt Pius. II., Christophorus & Anselmus Cellæ.

Multa per vniuersam ferè Europam itineraria, locorumque distantis annotatis, litteris mandarunt, Cherubinus Stella, Iohannes Herbaceus, & Georgius Meyerus. Idem Guilielmus Gratarolus fecit in calce libri, qui inscribitur De Regimine iter agentium.



GRONL. Baer fl. ANDIAE PARS. M. angusterrim. S. Thome. MARE SEPTENTRIONALE. OCEANVS SCHITICVS. OCEANVS HYPERBOREVS. OCEANVS GERMANICVS. OCEANVS BRITANNICVS. OCCIDENTALIS OCEANVS.

DEVCALIDONIVS OCEANVS. SCYTHIA. FINLANDIA. SUEVIA. CAROLINGIA. TARTARIA. PERMIA. VOLOGDA. MO SKO. TVRCHESTAN. CATTACHIA. MARE MAGIORE. NATOLIA. PARS MESOPOTAMIA. AFRICA BARBARIA. AFRICA FESSA. AFRICA GERMANICA. AFRICA GALICA. AFRICA STABICA.

Scale of longitude: 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200 210 220 230 240 250 260 270 280 290 300 310 320 330 340 350 360 370 380 390 400 410 420 430 440 450 460 470 480 490 500 510 520 530 540 550 560 570 580 590 600 610 620 630 640 650 660 670 680 690 700 710 720 730 740 750 760 770 780 790 800

